

ENCHIRIDION,
SIVE
MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM,

Complectens penè resolutionem omnium dubiorum, quæ in factis confessionibus occurrete solent, circa peccata, absolutiones, restitutions, censuras & irregularitates: iampridem sermone Hispano compositum, & nunc Latinitate donatum, recognitum, decem Præludiis, & quamplurimis aliis locupletatum, & reformatum, ab ipsomet Autore MARTINO ab AZPILCUEZA doctore Nauarro.

AD S.D.N. GREGORIVM XIII.

*Materiam hoc volumine contentorum
decimaquinta docet pagina.*

IN VIRTUTE



ET FORTVNA.

L V G D V N I,

Apud Guliel. Rouillium sub scuto Veneto,

m. d. LXXXV.

Cum priuilegiis & licentia Superiorum.

et zela coni de Jevs de Salo



S. D. N. G R E G O R I O

X I I I . P O N T . O P T . M A X .

M A R T I N V S A B A Z P I L C V E T A

Doctor Nauarrus, in ista mira gu-
bernandi vigilantia per-
petuam perse-
rantiam.

DIVIS ENCHIRIDION sive M A-
NVALE Confessariorum & pænitentium,
ante annos viginti sermone vulgari edide-
ram, nunc Latinitate donatum editurus, tunc,
que secundum diuinam prima est, Maiestati, audeo
nuncupare B. Pater: non quidem, quod humilitatem
Auctoris, & operis non agnoscam, neque quod istam
tuam, sacrosancteque Sedis, cui præsides, sublimitatem,
post Dei maximam (cui nil nisi altum offerri decuit) ex-
ploratam non habeam: sed quod in id me moueat pri-
mum, vehemens illud desiderium signo aliquo testandi
meam erga te obseruantiam & pietatem: conceptum iam
inde à quo tempore missus in Hispaniam à latere Lega-
tus, admirabilis prudentiae, iustitiae, constantiaeque speci-
men toti ei edidisti Illustriss. Deinde quod visum est
nonnullis, esse muneris, etatis, & officij mei, ut qui iu-
nior in aliis Regnis, multis Regibus, & principibus offi-
cina mea pauperis manuscula obtulerim, iam senior,



E N C H I R I D I O N
S I V E M A N V A L E

CONFESSARIORVM ET POENITENTIUM, complectens penè resolutionem omnium dubiorum, quæ in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutions, censuras & irregularitates: iam pridem sermone Hispano compositum, & nunc Latinitate donatum, recognitum, decem Præludiis & quamplurimis aliis locupletatum & reformatum, ab ipso met autore,

MARTINO AB AZPILCVETA
DOCTORE NAVARRO.

Primum Præludium, de Essentia
humanæ animæ.

S V M M A R I V M .

Præludiorum decem Manualis summa & scopus. num. 1.

Animæ plusquā corpori indulgendam, sed contra fieri. Ad eam tamen pluris faciendam, moneat illud Bernardi. & quid illa sit utiliter diffinitū. nn. 1.

Diffinitio genere ac differentia constare debet. nu. 1.

Animam qui dixerit corpoream, aut mortalem, heretici. nu. 2.

Animam unam tantum scilicet rationalem esse in homine, contra gloss. nu. 2.

Animam à solo Deo ex nihilo creari, creandóque infundi, infundendóque creari. num. 3.

Animam rationalem reram formam substantialem corporis esse. nu. 4.

Animæ rationalis quem in finem creata, per quæ media beanda. nu. 4. & 5.

Gratia & operibus & non sola fide salvare homines. nu. 5.

Iustificatur nullus nisi per merita C H R I S T I , neque per ipsa illo vel illo modo, non communicata nisi lege priuata. nu. 5.

Gratiam primam nemo de conligo mercetur, neque illa datur ulli, nisi per